

697

P A T R I S T I C I

698

necessitate. sed quod est uehementius caritate &c. Deficit vero in his verbis: De solo deo deus est. et super homines est — —. Librum hunc non esse *Augustini* post *Erasmum* sensere *Mauriani*, hincque in *T. cit. Appendicem* p. 1. coniecere rationibus in *Admonitione* praeuia expositis, quas repetiit *Oudinus T. I. col. 979.* et *Petr. Coustantius in Vindiciis vet. Codd. confirmatis, Paris. 1715.* p. 4. tuitus est. Vide et *Codd.* alios in *Indice.*

Codicem nostrum ex *Gallia* olim allatum verba margini superiori *fol. 3.* inscripta testantur: *Em. Parisius. XIII. Junij 1395.*

CCXXIII. *V. C. 17*

¹⁴³ Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. nunc 371. f. perquam nitide descriptus, literarumque initialium auro et coloribus conspicuus, sed aut exemplaris, aut librarii culpa multum mendosus, ex Bibliotheca, ut suspicor, Mathiae Corvini Regis olim Hung. continet *S. Augustini Ep. Hipponensis Libros XXII. de Civitate Dei*, praecedente Librorum Caputumque Tabula. Liber I. incipit litera quadrata: *Gloriosissimam Civitatem Dei sive in hoc tempore (temporum) cursu cum inter impios peregrinat (ur) ex fide uiuens &c.* Totum Opus definit in haec verba: *De istis porro etatibus — —.* Quod itaque de Codice deperiit, in edit. *Mauriana Opp. Augustini T. VII. col. 702.* lineis 15. de-

finitur. Dolendum cetera est, tanto selectissimae membranae volumini correctius aliquod Opus commissum non fuisse.

CCXXIV. *VI. G. 15*

Codex membraneus lat. Sec. 529 partim XI. partim XIV. Folior. nunc 106. 4. partim lineis longis, partim per duas columnas, nitide tamen per totum exaratus, rubricisque distinctus, olim, ut *fol. 76.* notatur, *conuentus wienn. ordinis fratrum predicatorum in Austria* fuit, et sequentia complectitur: I. manu Sec. XI. praemisso *Capp. LXI. elencho, locoque e Retractat. Libris: Incipit liber encridion Sancti Augustini Episcopi.* Initium: *Dici non potest dilectissime fili Laurenti &c.* Lectio cum edit. *Maur. Opp. T. VI. col. 195.* plerumque conspirat; video tamen c. 2. *hominis sapientia pro homini sapientia, c. 4. quid in rationem — non euebat pro non conueniat, item ab intentione mentis pro intelligentia mentis, item sine ulla ratione pro sine ulla dubitatione &c.* positum, quas lectiones Editores in suis Exemplis non inuenisse videntur. Compactoris vitio interceptum est *Enchiridion* aliis *Tractatibus fol. 17.* et non nisi *fol. 91.* resumitur, deficitque in his c. 95. quod in Codice est *LIV. verbis: unus esset assumendus per misericordiam alius per iudicium — —.*

II. *fol. 17.* manu Sec. XIV. ut reliqua Succedentia: *Tractatus boecij de Vnitate et vno.* Incipit: *Uni-*

X x 3

Unitas est qua vnaqueque res dicitur vna &c. prout habetur in edit. *Basil. Opp. omn.* 1546. p. 965. f. et nobis *Cod. CCLXXXIV.* non tamen sine lectionis varietate. Latera praeterea et spatium inter lineas *Notae* minutissime exaratae replent. Ad calcem ab indocto Possessore docemur, *Boethium* alio nomine dictum fuisse sanctum *Severum* Episcopum.

III. fol. 19. praemisso integro *Cantici Cantorum* Textu sequitur in eundem *Honorii Augustodun.* Expositio a nobis jam *Codd. XCV.* et aliis indicata. Initium hic est a verbis: *Sanamitis autem de occidente venit in quadriga Aminadab &c.* quae leguntur in *Bibl. PP. Lugd. T. XX.* p. 1155. sub finem *Prologi primi.* Monuit etiam quidam ad oram infer. *Cod. fol. 20. p. 2. Prologus iste est solum medietas ultima veri prologi.* Sed reipsa multo minor medietate. Cetera deinceps ordine suo procedunt, quanquam sat mendose scripta. Ita sub finem: *Exaltat (Extat) libellus a nobis editus (editus) qui intitulatur sigillum sancte marie, in quo tota cantica specialiter adoptata (adaptata) sunt eius persone.*

IV. fol. 74. *Sermones* duo brevissimi. Prior in illud *Lucae VIII. (7.) Remittuntur ei peccata multa &c.* Alter in illud *Lucae I. Ave Maria gratia plena &c.* absque Autorum nominibus.

V. fol. 75. *Legenda de Sancto Stephano Rege Vngarie imperfecta.* Manus elegans. Initium: *Omne datum optimum et omne*

donum perfectum defursum est &c. Est *Vita* divi Regis a *Cartbuitio* Ep. conscripta et quidem hic sine *Praef. ad Colomanum* Regem, cum ad usus *Officii ecclesiastici* in IX. *Lectiones* divisa sit. Editiones *Vitae* hujus ad *Surianam* expressas nihil moror; in hac enim, ut alias, vir bonus *Surius* nativum filium retractando non optimam τῶν Παλαιοφίλων sibi gratiam conciliavit. Sed de illa mihi res est, quam *Bollandiani T. I. Sept. p. 562.* ad *Cracoviensem* anni 1511. cum *Mspto Corfendoncano* collatam vulgavere. Quamvis et hi, si *Cracoviensem* hanc primam credidere, decepti sunt. Namque in *Legendis Sanctorum Regni Hungariae in Lombardica historia non contentis*, quae *Argentinae* 1486. 4. et *impensis Job. Paep librarii Budensis Venetiis* 1498. 4. prodire, habetur *Cartbuitii Vita*, ut in *Memorab. Biblioth. Garell. P. I. p. 184.* docui. Quin in *Breviario Strigonien.* anno 1484. sine loci mentione fol. excuso jam VI. ex ea *Lectiones* comparent, quae ab initio vitae usque ad S. *Adalberti* Martyrium porriguntur. Jam vero *Cracoviensis* Editio ad *Venetam* memoratam exacta videtur, utraque tamen infra *Noftram Msptam* est, quod exemplis declarabo. Ita c. I. *Edit. voluntarium libenter aditum praebens*, Ms. *auditum praebens*; de aditu enim jam praemissum fuit. *Edit. baptisatus est et omnes — subditos se polliciens christiano nomine mancipaturum.* Ms. *baptisatus est, omnes — subditos se pollicens*

licens — *nomini mancipaturum*. Edit. *corona vitae secularis commutaturus aeternam*, Ms. *coronam* — *eterna*. Edit. *Princeps visione* — *pertractans*. Ms. *visionem*. Edit. *meumque nomen illi reponas*. Ms. *inponas*. Edit. *pacem cum exterarum prouinciarum populis habens et fideliter institutam roborauit fidem*. Ms. *pacem cum exterarum prouinciarum populis fideliter institutam roborauit*. Edit. *explere sufficeret*. Ms. *expleret*. Edit. *sancti Christi tyronis propositum*. Ms. *sanctum*. Edit. *Vesprini*. Ms. *Vesprem*. Eodem loco in Edit. bis inutiliter positum *et*, item *ibi* pro *ubi*, item *praesidia* pro *praedia*. Et paullo post *deportauerat* pro *reportauerat*, et *merito* pro *inito*. Edit. *et ipsius suffragio simile fecit episcopis*. Ms. *et ipsius suffragio domitorum decimationibus simile* &c. Edit. *strictas decimas dari*. Ms. *strictae decimas seruari*. Et sic per sequentia *Capita*. Neque sui tamen *Codici* naevi desunt. Ita *annus mortis Geysae* dicitur 907. pro 997. quem errorem etiam habet *Veneta*. Quaedam praeterea in narratione transposita sunt, quae nobis *Lectionem VII.* et *VI.* constituunt. In *Leç.* IX. quod dolendum, in his verbis c. 6. *manibus a terra leuatum ad altare portauit*, Codex deficit. Ast paullo superius, ubi de *Caritate inclusu iuxta ecclesiam S. Salvatoris* sermo est, addit in *Bukensumlov*, quod ego de Pago *Schomlyo* et *Silva Bakony*, a qua Pagus hic non multum abest, interpretor. Editio *Veneta* et *Cracoviensis* ha-

bent solum *sumlui*, ad quod notat Editor Bolland. *Quid velit vox illa sumlui, plane ignoro, nisi forsitan sit nomen loci. Bonfinius idem narrans vocem istam omisit, uti et Surius. Ex hic dictis subpleri possunt, quae de Chartuitio traduntur in Cl. Horányi Memor. Hungaror. P. I. p. 398.*

CCXXV. VII. 22

Codex membraneus lat. Sec. 160 XIV. Folior. 192. f. per duas columnas luculente scriptus, rubricis distinctus, et olim, ut p. 2. legitur, *Monasterij Sancti Floriani patav. Dyoces.* continet sequentia: I. praemisso Capitulo elencho *Incipit Enchyridion v. manualis liber Sancti Augustini episcopi*. Initium: *Dici non potest fili Laurenti dilectissime* &c. Finis: *de Fide. Spe. karitate. conscripsi*. Extat. edit. *Maur. Opp. Augustini T. VI. Paris. 1685. col. 195.* divisum in Capita CXXII. Nobis censet LXXI. Ceterum cum Editis probe concordat.

II. fol. 24. p. 2. *Incipit liber aurelii Augustini episcopi. De spiritu et anima. feliciter*. Initium: *Quoniam dictum est mihi ut meipsum cognoscam* &c. Clauditur Cap. L. his verbis: *ex desiderio patrie sue et uisione dei. quem tenere* (Edit. cernere) *finis*. Atque ita claudebatur in omnibus *Mss.* Editorum *supracit.* ut ipsi testantur T. VI. *Append. col. 55.* quo rejecerunt Librum non *Augustini* partum, sed ex Variorum collectum sententiis, ut pluribus praeuia illorum